

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. V. In nominibus Genitoris, Geniti & Spirati non servatur forma
Baptismi à Christo instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

talis : Spiritum Sanctum à Patris Filiiq; maiestate non secerni.

s Ambros. Confirmatur hæc expositio ex eo, quod habet D. Ambros. lib. de Initiandis cap.

s Ambros. habet D. Ambros, lib. de Initianis cap. 4: ibi: Credit autem etiam Catechumenus in cricem Domini Iesu, quā & ipse signatur. Sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, remissionem non potest recipere peccatorum &c. In quo capite (ut ex titulo cognoscitur) agit de forma baptismatis.

47.
In ma D.
Bernard
non appro-
bandas

Quod attinet D. Bernardum, qui epि-
stola 140. videtur approbare Epिptismum
datum sub hac forma : *Baptizate in nomine
Dei, & sanctificare a veritate crucis ; responderet Wig-
gers supra ; illam nullo modo esse appro-
bandam, ut omnes docent. Quare vide-
tur in eo fuisse deceptus ; nisi malis dicere
cum aliquibus, Bernardum locutum non
juxta legem Dei ordinariam, sed ex pecu-
liari quadam indulgentia : quia minister
non ex contemptu forme Ecclesiastica ; sed
ex quadam fidei festinantis devotione (ut
ipse loquitur) fuerat illa formam ulius.
Omitto, istam Epिstolam esse unam ex il-
lis tringinta, quae posterius additae sunt, de
quibus forsan non immerito possumus
dubitare, an sint revera Bernardi.*

Profecto Scripturas, ex quibus Ambrosius colligit, in Spiritu quoque recte baptizare nos posse, haec tenus nemo sic intellexit, preter Magistrum supra, ut valeat Baptismus sub invocatione solius nominis spiritus sancti; sed exponi debent & comodè possunt de effectu, qui est gratia sanctificans, qua specialiter tribuitur spiritui sancto, & qua formaliter baptizamur, sive abluitur anima à peccatis; ut sensus sit, quod in Baptismo consecuti sumus spiritum sanctum, vel quod virtute spiritus sancti consequamur Baptismi effectum.

48. Maneat itaque longè probabilitas esse,
de factō non valere Baptismum collatum
in solo nomine Christi, Dei, aut morte
Dominī; immō neque ipsius Trinitatis, de
quo nomine scilicet loquitur & docet Scorus
supra num. 9. *De nomine Trinitatis patet quod*
Christus intellexit illas personas explicandas: in
hoc autem nomine Trinitatis tantum importan-
tur implicite. Et ideo quod dicit illud capitulum
A quodam, Trinitas debet intelligi explicite
pro tribus personis, per nomina Patris, Filij. &
Spiritus sancti, vel alia his æquivalencia si ta-
lia dentur, de quo multi dubitant.

De Baptis-
mo collato
in nomine
Genitoris
&c. Cajetanus, quem sequuntur aliqui Re-
centiores, docet valere Baptismum colla-
tum in nomine Genitoris, Geniti & Spi-
rati, five procedentis ab utroque. Equi-
dem sensus communis Antiquorum & Re-

centiorum est in oppositum, qui in materia sacramentali multum momenti habet, Dubitatur
ad finem de voluntate Christi in annullati-

quatenus signum est voluntatis Christi, qui utique sic potuit instituere, ut usitatis in quovis idiomate verbis minister in hoc Sacramento , Christianismi januā uteretur; siue instituiri aquam usualem , & in Sacramento Eucharistia panem usualem , ut quamvis pasta forte specie non distinguitur , nihilominus non valeat.

Inharentes igitur vestigijs veteranorum militum, qui Ecclesiam Christi non tantum doctrinā, sed etiam vita sanctitate quam plurimum illustrarunt ac constanter propugnarunt, afferimus

CONCLUSIO V.

In nominibus Genitoris, Geniti & Spirati non servatur forma Baptismi à Christo instituta.

Est Scoti 4. dist. 3. q. 2. n. 9. ibi: De nominibus significantibus proprietates, & non personas, ut Genitor &c. dico, quod non servatur in eis forma. Ratio à priori: Quia (inquit) Christus voluit personas vocari nominibus personarum. Ratio congruentia: Et rationabiliter secundum illud, quod tacitum est in primo lib. dist. 22. ut sicut Iudeis datum erat aliquod nomen significans essentiam divinam sub propria ratione, quod ipsi vocabant nomen Dei Tetragrammaton; ita Christus dedit Ecclesia nomina significantia personas sub propriis rationibus.

*Addit: Si etiam non sic dederit, tanen bene
probabile est in aliqua invocatione nomen per-
sona habere aliquam efficaciam, quam non haber
nomen proprietatis personae: petendo enim aliquod
donum ab aliquo pro amore Iohannis, cùtius impe-
traretur, quam si loco nominis proprii ponetur
nomen significans proprietatem suppositi.*

Fundamentum ergo primarium est institutio Christi, accende usu & interpretatione tam Ecclesie, quam Doctorum communiter. Congruentia: quia Baptismus est Sacmentum fidei, quo fideles initiantur, invocando & protestando Deum unum in essentia & trinum in personis: ergo conveniens fuit, ut hoc fieret per nomina significantia ipsas personas; sicut in veteri lege confuetum erat invocare & profiteri Deum sub ratione essentiae (cujus solius fides explicita tunc singulis erat necessaria) per nomen Tetragrammaton, Propter institutionem Christi, & unitatem Ecclesie;

quod significat essentiam divinam sub propria ratione. Unde & illis vocibus in novo Testamento ubique exprimuntur personae; similiter & in Symbolis, atque alijs Ecclesie orationibus.

Confirmatur: quia Baptisma est Sacramentum communissimum, utpote quod ab omnibus est suscipiendum, & ab omnibus in necessitate licet, extra eam saltem validè, administratur. Quidni ergo institutum sit in nominibus magis accommodatis captui uniuscujusque? Certè nomina Genitoris, Geniti & Procedentis à plerisque non intelliguntur, sed solis Theologis nota sunt.

Dices cum Adversarij & est unicum eorum motivum) haec forma: *Baptizo te in nomine Genitoris &c.* aequivalat ordinaria; ergo &c. Respondeo primò negando antecedens. Pro quo.

Adverte cum Doctore Subtili supra numero 7. quadruplicem posse contingere mutationem secundum verba, scilicet secundum substantiam, qualitatem, quantitatem, & ubi: Prima (inquit n. 8.) potest intelligi dupliciter; vel quid alia verbum secundum quid ponatur in loco aliquius verborum illorum, puta alia vox, Flandrica v. g. pro Latina; tamen idem, & sub eadem ratione significans.

Et de hac mutatione pronuntiat n. 9. Quod manet eadem forma, quia in qualibet lingua potest fieri Baptisma. Fortè tamen (adicit) non licet baptizanti ex officio, & solemniter, uti verbis cuiuslibet lingue, sicut nec in confessione Eucharistie: quia ordinavit Ecclesia Romana, quod officia ecclesiastica dicantur, & Sacra menta ministrantur in latino grammatica: & hoc rationabiliter, quia istud distinctius potest scribi & proferri.

Pergit num. 8. & assignat 2. membrum: Vel aliud verbum simpliciter, scilicet alia vox aliud, significatum habens. Subdividit autem hunc modum inquiens: Et si secundo modo, adhuc dupliciter; quia vel illud significatum est omnino distaratum à significato vocis, pro qua ponitur; ut si poneretur Lapis loco lapis quod est Pater (& de illo pater, quod omnino forma non servatur, ait n. 9.) vel est significatum conveniens omnino habens idem substantiatum in re.

Et hoc contingit dupliciter, vel quia exprimit distinctè tres personas sub alijs rationibus significatas, quam significantur per hoc Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & sic est de ipsis nominibus Genitoris, Geniti & Spirati; ita enim significant personas sub ratione proprietatum: non autem sub ratione substantiarum & hypostasium. Vel ille personæ significantur implicitè;

& hoc vel tanquam in toto collectivo, quomodo significat eas hoc nomen Sancta Trinitas; vel implicitè, ut in quadam importante persona per correspondientiam effectis ad causam: & sic importantur per hoc nomen Christus; hoc enim nomen significat Filium secundum naturam humam, qui unctus est: & dat intelligere Patrem, & Genitum; Spiritus sanctus, & Spiratus quod unctus est; & spiritum sanctum quo unctus est. Huculque Doctor de mutatione harum vocum quoad substantiam.

Ubi simpliciter & absolutè assert non æquivale ly Pater, & Genitor; Filius, & Spiritus sanctus; & Genitus; & Spiritus sanctus quod non apud Theologos, licet convenient in re substrata. Quod explicat ibidem n. 15. his verbis: *Ad illud de Genitoris dicendum, quod Aug. (5. de Trinitate cap. 7.) ibi intelligit quid idem est Genitor & Pater quantum ad hoc, quod est dici ad alterum, sive importantem proprietatem eiusdem persona: sed non sunt idem quantum ad primum conceptum significatum utroque; quia Pater significat primo & per se suipotum in natura divina: aliud autem significat primo & per se proprietatem. Ergo non æquivalent speculative.*

Sed nunquid practicè? Audi quod lecit: *Quitur: Et non est eadem vis nominis propriæ & proprietatis nominis in invocatione facta aliquius persona, ad aliquem effectum.* Dices: hic petitur manifestè principium; nam æquivalencia practica rectè infertur ex speculativa: pro qua urgeo, quod etiam Pater formaliter significat proprietatem; ergo &c.

Respondeo negando antecedens: quippe non sumitur Pater in hac forma denominativè, sed substantivè, prout substantiè licet etiam sic importet constitutivum subscilicet paternitatem: porro notio significat proprietatem; nam licet in re sit eadem cum paternitate: tamen significat actum notionalem, generationem videlicet, ut est ad terminum per modum actus produtivi, & non constitutionem perlone sub illa ratione & modo significandi vocis: paternitas autem significat substantiam per modum constituentis. Breviter: voces istæ Genitor &c. non significant perlitas voces divinas quæ tales, id est, in ratione substantiarum; sed per modum originis unius ab alijs genitibus.

Addunt aliqui, quod voces iste non ita significent consubstantialitatem personarum, sicut Pater & Filius; cum possit unum generare aliud non consubstantiale v. g. Deus ignem, & (ut vulgo Philosophi loquuntur) homo & sol generare hominem. Sed facile responderi posset, illas gene-

Ex Scoto.

Vel aliud verbum simpliciter, scilicet alia vox aliud, significatum habens. Subdividit autem hunc modum inquiens: Et si secundo modo, adhuc dupliciter; quia vel illud significatum est omnino distaratum à significato vocis, pro qua ponitur; ut si poneretur Lapis loco lapis quod est Pater (& de illo pater, quod omnino forma non servatur, ait n. 9.) vel est significatum conveniens omnino habens idem substantiatum in re.

Et hoc contingit dupliciter, vel quia exprimit distinctè tres personas sub alijs rationibus significatas, quam significantur per hoc Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & sic est de ipsis nominibus Genitoris, Geniti & Spirati; ita enim significant personas sub ratione proprietatum: non autem sub ratione substantiarum & hypostasium. Vel ille personæ significantur implicitè;

generationes esse improprias.

53. Apposito Epiphanius adversus haeres. Confessio Epiphanius. **53.** Ingenitus (inquit) non significat Patri intelligentiam, Genitus nondum significat proprium Filium, sed ad omnia genita communem facit intelligentiam. Et post pauca: Non baptizati sumus in Ingenitu, & Genitu, sed in Patrem, & Filium.

Et Athan-
atius. Confessio Athanasius oratione 2, contra Arianos post medium, ibi: Eoꝝ summan fidei nostra tendere voluit, cum iubet nos baptizari non in nomine Geniti & Ingeniti, neque in nomine Conditi & Increati; sed in nomine Patris, & Filii &c.

Jusso itaque divina facit, ut variatio haec, quæ in alijs Sacramentis solum esset accidentalis (quia voces Genitor &c. videntur in sensu convenire, saltem apud Theologos) in Baptismate, de quo in praefenti tractamus, debeat censeri substantialis.

54. Hinc etiam non valet, si loco vocis Filii ponatur vox Iesu Christi; quia non exprimerunt sufficienter secunda persona: scilicet, si ly Spiritus addatur Paracleti; quia mutatio illa est solius epitheti, non substantiae; Spiritus enim significat personam.

Rursum invalidus est Baptismus collatus *In nomine prima, secunda, tercia personæ*. Aliud dicendum, si fieri Trinitatis secundum proprietates personales; neque emanationem unitis personis ab altera. Idem est, si conferatur *In nomine omnipotens, & sapientia, & boni*, quæ non sunt nomina propria singulis personis, sed tantum appropriata.

Aliud aliquibus videtur speculativè loquendo, si loco ly Filii ponatur Verbi: in præxi tamen omnino abstinentum est partim ob confutacionem contraria, partim ob dubium; ut etiam à vocibus Genitoris &c. de quibus hæc principaliter disputavimus, et si concederemus speculativè valere.

Vel in no-
mine Inge-
niti, & Geni-
ti, & Domi-
ni. Minus valet, si dicatur: *In nomine Ingeniti, & Geniti, & Domini*; quia voces istae non significant totum id, quod voces usitatæ: quippe etiæ Deus una tantum est per personam, auctiue rectè diceretur Ingenitus, non ramen est Pater. Haec nū de vocibus significantibus Trinitatem.

Verum enim verò cùm Baptismus non minus sit professio unius Dei, quam trinitatis, restat quæstio, quibus verbis necessario necessitate Sacramenti hæc unitas in forma exprimatur? Et quidem in forma communione importatur per ly *In nomine*, ut patet, id est, in virtute substanciali una, in auctoritate, divinitate, invocatione & fide, non baptizantis, sed Ecclesie. Ideoquæ hæc verba

Scotus supra n. 7. recitat inter verba principalia, dicens: *De verbis autem principali- bus, quæ sunt: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Et cùm illico interrogaretur: *An ista sint præcisè pertinentia ad formam?* Respondendo ad hanc interrogationem nihil speciale dicit de ly *In nomine*.

Certum interim est non valere, si dicitur: *In nominibus Patris &c.* quia sic nullo modo significatur unitas, nequidem impli- citè; cùm tamen eus professio & invocatio tam necessaria sit, quam Trinitatis. Imputant alii formam fore invalidam, si 3. dicatur *Nomine*; etenim quamvis tunc non significetur diversitas naturæ, sicut prius; non tamen etiam satis exprimitur unitas.

Sunt tamen etiam qui existimant valere, si- cuti non obstat unitati essentiæ repetitio ly *Deus ad voces Patris, Filii & Spiritus Sancti*, dicendo: *Deus Pater, Deus Filius, Deus Spi- ritus Sanctus*.

Ucumque sit de hac controvergia (utar verbis D. Ambr. lib. 2. de Sacramentis c. 7.) *In uno nomine baptizari nos iussit*, supple, Christus. Et D. Aug. lib. 3. contra Maximum c. 32. *In nomine (inquit) non in no- minibus*, quia bi tres unum sunt, & bi tres unus est Deus. Accedat D. Hieronymus in cap. 4. ad Ephes. *Non baptizanur in nominibus Patris, & Filii &c. sed in uno nomine, quo in- telligitur Deus.* Jussioni Christi obtempere- mus, & minimè errabimus à via veritatis: ipse enim est via, veritas & vita.

Si ergo nolumus desistere in administra- tione Sacramenti primi, & quam maximè necessarij, dicamus: *In nomine, non in no- minibus; In virtute; In vel per Patrem, nomine Patris;* hac enim omnia ad minus practicè dubia sunt, tandem aliqui speculativè lo- quando conferri possint æquivalencia.

Enimvero quod ait Regius hic quæst. 66. art. 6. n. 6. ly *In per Hebraïsmum ad- jungi*, sicut quando dicimus: *Credo in Deum, Puto vel capio in cithara*, que phrasim hebreæ idem significant quod Credo Deum, & Cano citharam, aliquibus displicet. Quia (inquit) apud Latinos facere aliquid nomine alterius si- gnificat facere ex commissione live loco alterius; non autem in virtute, auctoritate, invocatione &c. que supra diximus importari per ly *In nomine*. Ut ut si de forma pronuntiata idio- mate latino; liquet profectò, quod pronun- tiata idiomate Flandrico, omisso ly *In pla-*

*Quid sit fas
cere nomine
aliterius.*

57.
*Omnes ly
co; quia non videtur sufficienter significari
diversitas personarum.* Wiggers putat sat's dubium, certò valere, si ultimo loco ponatur; quippe,

N n. 2 ita com-

55.
**Unitas ex-
plicitur
per ly In no-
mine.**

Universitäts-
bibliothek
Paderborn

ita communiter loqui solemus, quando simul plura enumeramus, ut solum ultimo loco ponamus conjunctionem copulativam.

Finio, & rursus dico diligenter cavendam esse quamcumque variationem verborum quoad substantiam; licet enim aliqua non sit substantialis sive essentialis, sed dumtaxat accidentalis; & haec tamen peccaminosa est, idque graviter, quando non constat certitudinaliter de valore formae sic variata: quia certitudo rarissima est, ut ex dictis sat's colligitur.

Eadem regula observanda est in variatione quoad quantitatem & qualitatem, de quibus egimus praeced. disp. sect. 3, conclus. 4, ut etiam in variatione secundum ubi, de qua huc breviter dico:

CONCLUSIO VI.

Nuda transpositio personarum non invalidat formam. Haec forma ad minus est dubia: Ego Patris baptizo te in nomine Filii, & Spiritus sancti.

58.
Nuda personarum transpositio formam non invalidat.
Scotus.

De aliqua dubitatur.

Quam non certificas locutio poterat, ut vult Lugo.

59.

Exemplum primae variationis sit, Baptizo te in nomine Filii, & Patris, & Spiritus sancti. Conclusionem hanc quoad utramque partem tenet Scotus supra num. 13. De quarta (inquit) variatione, scilicet ubi, dico quid aliquia transpositio omnino variat sententiam; ut si diceretur. Ego Patris baptizo te in nomine Filii &c. Aliqua autem transpositio permittit, ut transposita teneant quasi eandem virtutem in ipsa forma; ut si diceretur: In nomine Filii, & Patris &c. Et prima transpositio impedit, quia auctor conceptum orationis, ut instituta est.

Contrarium docet Emin. Lugo de Sacramentis disp. 2. sect. 6. num. 112. Quia revera (inquit) apud Latinos Poetas ille modus loquendi ultatus est.

Respondeo modum loquendi Poterum esse particularem, & non communem, cum à plerisque non intelligatur. Porro forma Baptismi instituta est secundum usitatum modum loquendi, ut vidimus conclusione praecedenti. Ex quo ad minus sequitur dubietas hujus formae.

Secunda variatio (prosequitur Scotus) non impedit. Probat: Quia eis congruum est servare ordinem proferendo personas, qui est perso-

narum secundum originem, & necessarium sit hoc quantum ad ministrum; tamen non videtur omniū necessarium ex parte Sacramenti: qua persona quocumque ordine nominate, sunt unum efficiens principale in Baptismo, & ut sic invocantur.

Consonat D. Bonav. 4. dist. 3. parte prima q. 3. a. 4. ibi: Ad id quod queritur de transmutatione, dicendum quid si fiat simpliciter fine erroris dogmatizatione, non impediat. Subiungit rationem: Quia ordo intelligitur in ipsis verbis, quod Filius à Patre procedat. Et sic non oportet exprimere ordinem, ita siue nominem personarum.

Ratio itaque primae partis conclusonis est: quia talis forma sat's exprimit causam principalem; quod tantum exigit Concilium Florentinum, sicut per eam, & in ea expressi & propria invocatio ac professio Trinitatis sub propria appellatione personarum. Ultimum patet. Primum probatur: quia tres personae sunt causae principales quatenus sunt unum in natura, auctoritate & potentia; non autem prout dicunt ordinem originis: quippe non competit potestas Patri quia Pater, sed quoniam Deus; & ita de aliis: unde ad extra eadem individuabiliter agunt actionem.

Objicies: sed alia est institutio Christi. Respondeo negativè; siquidem institutio sumit suam explicationem à fide explicita, quam profiteretur suscipiens Sacramentum; haec autem est, quā credit tres personas in una essentia; id enim dumtaxat accommodatur communi captui: ordo vero originis & modus procedendi personarum excedit captum communem & simplicium, & vix à doctis capitur; neque significatur informa, nisi quatenus in prolatione personarum servatur ordo, qui est secundum progressionem earum; quod non sufficit, ut interpretetur hoc esse de necessitate formae, cuius usus & fides debet esse communis tam doctis, quam indoctis, idque ex institutione Sacramenti, prout Ecclesia eam declarat.

Doctè autem addidit D. Bonav. suppos. Si fiat simpliciter fine erroris dogmatizatione, Enimvero si minister ita tranponet, intendat negare ordinem Originis, sive significare Filium esse priorem, nihil facit vel defectu debita intentionis Sacramentum, nolens illud confidere, si Pater non procedat à Filio; vel etiam fortassis defectu forme: quippe licet haec non exigat servari, ut ordinem Originis, tamen postulare videatur, ut non positivè excludatur; quemadmodum excluditur, quando illa inveniatur animo significandi exterius errorem, quemadmodum excluditur, quando illa inveniatur animo significandi exterius errorem,